
IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI, ET CONCORDIAE COMITIS
LIBER
DE VERIS CALAMITATVM CAVSIS NOSTRORVM TEMPORVM
AD LEONEM.X. PONT. MAX.



Ne quis hunc librum authoris iniussu queat imprimere cautum est apostolica sententia.



Leo. pp. X.

Ilecte fili salutē & apostolicā benedictionē. d Nobis sēp peculiare fuit (qd & domus nostra quoq; ātea obseruauit) eos hoies libēt & cōm plecti & fouere, q aliqua doctrinæ & uirtutis cōditiōe præstarēt, iter alios uero oēs familiā tuā cū suo ipi9 splēdore & nobilitate, tū Ioānis pici patrui tui excel lētia, q uir multiplici sciētiarū genere unic9 sua æta te atq; cōspicu9 cū gratæ memoriæ Laurētio medice nostro scdu; carnē genitore cōiūctissime ac familia rissime uixit, oi beniuolētiæ studio & dilectionis offi cio sumus assidue prosecuti. Huc item accedit, q tu summo ingenio, sūmaq; eruditione præditus a tu is maioribus nusq̄ degenerando, sed eorum uestigi is egregie insistēdo dignum te ac idoneum præbes, ut non modo antiquæ inter nos amicitiæ uinculum retinere, uerum etiam amorem nostrum & paternā in te tuosq; charitatem maiorem ī modum excitare in diesq; augere possis. quippe qui omnibus operi bus per ipsum patruum tuum compositis, quæ mor te præuētus parti forte īperfecta partim īemēdata reliquerat, tuis etiam, quæ ipse multa & egregia edi disti, simul perfectionē limāq; adhibuisti: eaq; (uelut nobis dilectus filius noster Hercules sāctæ Agathæ diaconus Cardinalis de rāgonibus tuo nomine ret tulit) ad cōmunē usū studiosorū (qbus nos ī primis fauemus) magis castigata, q̄ antea ī lucē edere & pu blico donare, ac ut emēdatiora nitidioraq; exeāt, cō ducto calcographo ī oppido tuo Mirādulæ ppriis sū ptib9 te ēt præsidēte īprimēda cōstituisti. Sed qa ue

teris, ne si ipsa uolumina icõsulto ꝑdirét, ab aliqb9 2
aliis i honoris tui ꝑiudiciũ & dãnũ statis denuo ipri
merét: Curasti nobis ꝑ Cardinalé præfatũ humilit
supplicari, ut tibi d remedio opportũo benigniter
ꝓuidere dignaremur. Nos aũt huiusmõi supplicatio
nib9 iclinati, cupiétes (q̃tũ cũ deo possum9) honestis
tuis uotis ãnuere paritq3 idénitati ꝯsulere: ut ꝓmpti
ũs & securi9 tã laudabile opus pagédũ aggrediaris:
oib9 & sigulis christianã fidé ubilibet ꝓfitétib9 sub
excõis latæ sététiæ, a q̃ nemo absolui, nisi ꝑ Romanũ
põtificé, præterq̃ i mortis articulo satisfactiõe præ-
uia possit: nostris uero subditis ét ducẽtorũ aureorũ
& amissiõis ipsorũ uoluminũ accusatoribus ꝑ medie
tate, & cuicũq3 tibi placuerit ꝓ reliquo applicãdorũ
stati & d facto ꝑ quélibet cuiuscũq3 cõditiõis & gra
dus cõtrafaciété icurrẽdis, & irreuocabilit exigẽdis
pœnis, ꝑ præsétes exꝑsse ihibédo mãdamus: ne q̃sq̃
sub aliquo prætextu uel q̃sito colore huiusmõi tua
& patrui tui opa & libros ꝑ te, ut supra, publicãdos,
quo ad uixeris, absq3 tuo exꝑsso cõsésu & cõcessiõe ꝑ
se uel alios iprimere, aut iprimẽda locare audeat uel
præsumat. Mãdãtes oibus & singulis nostris & sedis
apostolice legatis, ꝑlegatis, patriarchis, Archiepis,
Epis, ordiariis & eorũ uicariis ac aliis q̃buscũq3, ad
quos spectat, spectareq3 poterit quomõlib3 ifuturũ:
ut tibi i ꝓmissis, quoties opus fuerit, & a te uel tuis
mãdatariis ad hoc destinatis fuerit req̃siti: i uirtute
sanctæ obediétiæ oi opportuno fauore & auxilio ꝑ
nostra ét & huius sanctæ sedis reuerẽtia adesse & as
sistere debeãt. Et ne de inhibitiõe & mãdato nostro

huiusmodi ignorari contingat, uolumus harum exemplum in quolibet primo dictorum librorum folio ad uerbum imprimi & appōi, eiq, ac si præsentes sub anulo piscatoris signatæ forent, fidem indubitam per quemlibet haberi, constitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisq contrariis nō obstantibus quibuscunq. Datū Romæ apud sanctum Petrū sub anulo piscatoris die .X. Aprilis. M.D.XIX. Pont. nostri anno septimo.

Ia. Sadoletus.

A tergo.

Dilecto filio Ioāni Frācisco Pico Domino Mirādulæ & Concordie Comiti.

TABVLA CAPITVM PRINCIPALIVM LIBRI DE VERIS CALAMITATVM CAVSIS NOSTRORVM TEMPORVM.

Leoni.X.Pont.Max.Io.Fr.P.Fœlicitatē.

e T hunc quoq; librum pater beatissime, post eos qui de amore diuino inscripti sunt,& aliam obcausam,tibi & dicaui & misi,cum legēdum,tum pro tua sapiētia & authoritate iudicandum. Titulus est de ueris ca lamitatum causis nostrorū temporum : quæ ut uel succidanť uel mitigentur, si i ullius mortalis manu, in tua maximæ uidentur esse repositæ: quemadmo dum longi opere subsellii disseruimns,i ea de refor mandis moribus oratione,quam Lilio gregorio no stro, ad te, & ad concilium quod i lateranis ædibus coegeras,scriptam dedi. Accessit eo, ꝙ liber hic tāq̄ anteambulo quidam,se se ex nostrarum grege lucu brationum,quas formis excudi curamus apud nos, plane uideť surripuisse, quasdam quāsi gratias actu rus tibi,ꝙ sibi,ꝙ cæteris nostris cōsulueris, ut i cor rupte legantur,lata lege,ne quis post hac,aut mea litteraria opera,aut.Io.Pici patrui mei,partim a me recognita,partim instaurata:& tanq̄ refecta, iiussu meo stāneis characteribus ausit exscribere. quæ.n. & in italia,& transalpes apud alios, spe(ut opinor) lucri,negligētius exscribi bibliopolæ sategerāt,uix pro nostris agnoscebāmus. quamobrem non recu saui laborem, & edita iam,refertaq; mendis librario rum in curia,castigandi:& efficiendi ut noua diligē tius imprimantur.si quidem præstat non nihil impē dere laboris anteacto labori, ueritatis & publicæ uti litatis gratia, q̄ per incuriam pati,& damnum infer ri lectoribus,& nobis nulla nostra culpa calūniā.

¶IO. FRANCISCI PICI MIRANDVLÆ Domini, Cōcordiæq́ Comitis Liber de ueris calamitatū causis nostrorum tēporum Ad Leonē Decimū Pont. Max.

Prooemium.

VEteris loco prouerbii Pater beatissime solitum est id a plerisq́ usurpari. talem unicuiq́ rem uideri, qualis est ipse qui uidet. Quod cum mecum ipse reuoluerem, & sæpe quidem alias, & nunc maxime animaduerti, nec falso nec inaniter solere dici, siue ad rerum naturam, siue ad hominum functiōes & mores, artesq́ uarias referatur. Hinc spectare licet eis qui aurigine tenētur, uiridia atq́ subpallida oia, eis qui hyposphagmate, rubra omnia offerri, hoc est, ei qui morbum committit humori, per oculos diffuso, plane similia. Si conspiciliis quoq́ ad uidendum uel uiridibus uel rubris quispiam fuerit usus, omnia quæcunq́ præsentabuntur obtutui, concoloria prorsus apparebunt. Sic & eorum quos uel amore uel odio teneri constat, nisi ratio plurimum dominata non sit affectioni, iudicium plerunq́ peruertitur. Quamobrem a Cæsare apud Salustium præclare sācitum est, omnes qui de rebus dubiis consultant, ab odio, metu, amicitiaq́ uacuos esse oportere. Ac sane ut ipsum omni affectata malitia iudicium liberaueris, ea tamen est inclinatio diuturni moris, & longæ consuetudinis, ut eo quo procumbit, liben-

ter secum attrahat cætera, indeq; uarietur sententia atq; deorbitet. Sic apud aristotelem quoq; decernitur, eos facillime falli, in quibus præpotens sit, & penitus hæserit uel ad amorem uel ad timorem nimiũ inclinatio atq; propensio. quandoquidem quæcunq; ex similitudine, etiam umbratili & prætenui, ita solent agitari, ut falso existimet oblata sibi, quæ nimis aut cupiũt, aut metuũt. hoc nõ uoluntatis uitio sed affectæ naturæ uoluit adscribi. nũ ne spectamus idẽ tidem multos citra omnem doli mali sententiã, quodam quasi lubrico impetu eiusmodi nimiis affectionibus labi, ruere, i præceps ferri? ut alia sensuum falsa & incerta arbitria prætercam, de quibus in quinto examinis libro: ut uanitas doctrinæ gentiũ et ueritas christianæ disciplinæ manifestetur, latius est a nobis disputatũ. Enim uero si quando alias id prouerbium ueritati niti comperimus, in præsentia maxime nobis patefactũ est, dum animi morbo uario, uaria fieri iudicia cernimus, de causis humanarũm calamitatũ nostræ tẽpestatis. ut enim qui falso idolorum cultui erant addicti, perperam imputabant ueræ religioni clades & calamitates irruptione gothorum illatas italiæ, quorum & isanam & impiam opnionem, longo progressu noster augustinus prima operis de ciuitate dei parte coarguit. ita & nũc inueniuntur qui eas quibus ad præsens italia & europæ non parua pars affligitur, fato adscribant cælesti: nec uno quidem modo, sed uario atq; diuerso. Sunt etiã qui casui temeritati quæ fortunæ. atq; ii qm̃ parũ uersati i litteris, quæ rerũ cãs explorãt, &

Lib. auth. in examen uanitatis doctrinę gẽtium et ueritatis christianę disciplinae.

nescio quas potius poetarum paginas pertracta/ runt, in quibus plurima dominãtis fortunæ men/ tio, ei ipsi primas libenter concedunt in orbe terra rum exagitando. Illi uero ut in Astrologica uani/ tate uersati, & a patrũo semel, & a me sepe confuta/ ta, ad eam libenter omnia referunt. Vt enim quisq; libenter & facile iudicat pro inclinatione propẽsio neq; naturæ, ita & pro arte quam profitetur, aut amat, de rerum causis facile arbitratur. ac propte/ rea licet aiaduertere, unam eandemq; rem, non mul ti etiam momenti quesitam a prima antiquitate, multis modis, eisq; inter se quandoq; nõ cõsonis, sæ culorum decursu longe lateq; discussam, nec con/ cordi fine terminatam. Galli cantus in exemplo est, cuius causam a plurimis quesitam legi, a nullo fine controuersia definitam. Democritus in cibum pec/ tore depulsum & per omne corpus diuisum & modi ficatum, Gallumq; ipsum quiete satiatum rettulit. Proclus in solem aduentantem, cui Gallus (solare ut uoluit animal) applaudat, & quosdam quasi profun dat hymnos. Lucianus fabulose in Martem, qui q; eo sopito sol adulterum detexisset, in auem conuer terit. Atq; hic quidem ut irrisor omnium. Proclus ut superstitionibus addictus, Id enim scripsit in li/ bro de magia, quem in septimo de rerum prenotio ne libro, confutaui. Democritus ut medicus & ope rum naturæ sectator. Recta autem ratio deposcit uti non pro animi morbo, aut uana affectione, aut inolita cuiuspiam artis consuetudine, iudicium fera tur; Sed ueritate duce, comite erudicione, affectatri

Vanitas Ast/ trol. et a Io. p. et ab auth. confutata.

De Galli can tu uarię cau/ sę adiuersarũ professoribus litterarum al latę.

Lib. auth. de rerum pręno tione.

ce diligentia. Nec unam tātūmodo causam, sed mul
tas opus est contemplari, easq; discutere, ut quod q̄
ritur elucescat. Idq; maxime fieri in rebus magnis
& magnarum fœtis ambiguitatum, opereprecium
fuerit. Quod si plures causæ se se spectandas obtule
rint, pluribus quoq; sua munera, & officia dispartire
debemus. Itaq; cum hac de re tumultuari plurimos
cernerem, & lapsus graues admodum & perniciosos
fieri in decernendis calamitatum causis animaduer
terem, succurrendum putaui. Nam & si in quinto d̄
Auth. lib. de rerū p̄notiōe — rerum prænotione libro, quo in libro & Io. picū pa
truum secutus sum, & eundem quoq; defendi: & pre
Eiusdem questio de tripli ci astrologia. — terea in questione de triplici Astrologia, satis ostē
di, ꝙ cœlum, causam scilicet uniuersalem proprie nō
posse referri, ut inde preuideantur, singulares effec
tus, siue preterierint, siue presentes fuerit, siue futu
ri, sint ut fames, bellum, pestilētia, Tū seorsum parti
culatimq; magis huic rei insistendum, tantisper dū
Quid hoc in opere author moliatur. — perspici possit, ueras causas calamitatum neq; con-
gressibus erronum cœlestium uariis, siue superiorū
siue inferiorum, neq; cometis, qui prodire inde a nō
nullis existimantur debere adscribi, neq; imperio
signorum & planetarum, neq; imperio cuiuspi-
am sydereæ configurationis, neq; saturniacis perio-
dis: neq; sphere centennis quibuslibet annis paulu
lum agitatæ, neq; accessui & recessui orbis octaui.
Deinde nec ad casum temeritatemq; fortunæ muta
tiones regnorum, bella, cædes, uastitates, ut ad uerā
causam reduci posse conuincam. Mox unde nam ip
sæ clades calamitatesq; dependeant, explanare ten

tabo & pariter subsignare, quo pacto uitari, & iusta illis remedia adscribi queant. Vt iam non ad auem Charadrion appellatam, pro expellenda Aurigine, sed ad propriæ iudicium rationis, qui uanis peruersarum opinionum spectris, tāq̄ fallacibus conspicillis allucinati, maleq; affecti, male de calamitatum causis arbitrantur, sese incolumes referant.

❡ Quæ nam sint hæ nostræ calamitates tempestatis, quarum causas alii ferunt acceptas superiorum erronum congressui, Alii inferiorum conuentui atq; deliquiis, Alii cometis, Alii magnis orbibus, Alii saturniacis periodis, Alii centēnis quibuslibet annis, Alii accessui & recessui octaui orbis, Alii casui temeritatiq; fortunæ. Capūt primum.

Ariæ porro calamitates ætatē nostrā
u quasi coactis agminibus inuaserunt.
Cœperūt eo anno quo Ioannes picus Io. picus.
patruus meus, uir & ingenio & litteris eminētissimus, apud hoīes uersari desiit. a cuius obitu iā uigesim9 ānus p̄teriit. Agebat.n. tūc ānus uerbi (ut īquit Hylarius) corporati, nonagesimus quartus supra millesimum quadrigētesimū, tūq; aīaduersum a bonis iudiciis, quo tēpore picus ip̄e patruus sui nobis desideriū reliq̄t, orbari cœpisse Italiā reb9 præcellētissimis: quo factū ut noster beniuenius ci9 nobis discessū, sicuti dānō nō ultimā, ita esse tēpore primā christianæ reipublicæ calamitatē scripserit. Hieronymus beniuenius. Sed ut maxima fieri sine q̄busdā initiis non paruis non assolēt, Hermolaū barbarū uirū egregie litterarū, & utriusq; linguæ bene cōpotem paruo ante tē-

pòris interstitio pestilentia surripuit. Et paucis quoq; mensibus antea, Politianus uir eminens i stu diis quæ dicuntur humanitatis furore decessit. ut horum morte nõ satis matura (nam Picus paulo su pra trigesimum annum euectus, Hermolaus & Po litianus decennium aut circiter grandiores erãt na tu) decerptum Italiæ, Decerptum orbis florẽ, quã tum ad litteras attinet, satis aperiretur. Inde Me rula diem obiit, subinde Bossius, Aliiq; præclari in studiis litterarum uiri. ut uero genus hominum quod unius particularis hominis instar erat affligẽ dum, Primo dotibus animi fere spoliatum, mox et corporis, & externis bonis priuaretur: statim insoli tus morbus affligere cæpit tota hominum corpora, tota inq̃ nam & carne & neruis & intimis ossium me dullis homines macerabantur, tanto quidem nume ro ut qui uirus euaserint, maximas agere Deo gra tias oporteat. exterius pustulæ, & spurca sanies, in tus dolores. nulla medicæ artis remedia, sed & pau ca fomenta. q̃ si quãdoq; uel pharmacorũ multitu dine, uel temperamenti corporei bonitate, uel be neficio longi temporis reducti ad sanitatem uide rentur, qui eo morbo uexati fuerant, illico repullu lare, & tanq̃ rediuiuus assurgere sentiebatur. Hoc exteras quoq; prouintias, sed maxime uexauit Ita liam. cuius medici ut remedia nescierc inuenire, ita nec morbo nomen indere, sano consensu potuere. Gallicum Alii, Neapolitanũ quidam uocauere. si q dem Carolus eius nominis octauus Galliæ Rex, eo tempore Neapolitanum regnum adeo fœlici pro

gressū uendicauit sibi, ut inter ueniendum uiderit, inter uidendum uicerit. Ex in ad externa damna deuentum est, eo tamen modo, ut nec corporis, nec animorum damna cessarent. Hinc patrimoniorum amissiones, hinc pestilentia, hinc fames, hinc prælia. longum esset enarrare singula; hoc enim libro non historiam nostri temporis texere, cui captæ & absoluendæ sepositus mihi est & locus & tempus, uerum clades calamitatesq; paucis percurrere, atq; colligere, in animo est: ut causis quas alii perperam assignauere, depulsis, ueras & legitimas detur subiicere. Itaq; dum Carolus in hætruria esset, medica Domus florentiæ princeps exulauit. Pisæ florentinis rebellarunt. Romæ tumultuatum est. Ferdinandi Tarraconensis proles, Brutiorum, Apuliæ, Campaniæ, & eius Italiæ partis quæ magna græcia dicebatur, Regnum amisit. In reditu Caroli ad Gallias prælium in agro parmensi commissum, multa hominum millia sustulit. Nō pauci dum obsideretur Nouaria, quæ a Ludouico Aurelianensi duce, nec dum Rege tenebatur, & fame & ferro periere. Extincto in Galliis Carolo, Ludouicus ipse ad regni culmen euectus, Ludouico sfortiæ bellum intulit. abiit ipse in Germaniam, mox cū exercitu rediens, captus & in carcerem trusus, aliquot decursis annis excessit e uita. Turcorum princeps bellum Venetis intulit: Multaq; illis i peloponneso abstulit, inter que Methonem & Coronem urbes insignes: etiam in foro Iulii excursiones fecit, prædam abegit, exciuit incendia. Cæsar Borgia pri

Historia nostri tēporis.

mum sacris initiatus, & in Collegio Cardinalium ascitus, Deinde Dux creatus est. Hic ubi rubrum galerum Albenti mutauit Galea, Alexandri sexti patris ope, Flaminiam & Vmbriam subiugauit, & ad inferum se mare uoluens, & iluam insulam, & quæ illi adiacent oppida, suæ ditionis fecit. Ad Taraconenses redeo, quorum Fernandus iunior Gallis pulsis regnum recuperauit, insubrium auxilio, & Venetorum, quibus maritimas aliquot Apuliæ Vrbes pignori dedit. quo mortuo successit patruus Federicus, qui postea Ludouici Galli, & Fernandi Hispani q̄q̄ consanguinei, armis expulsus est. Atq; hinc actutum in partiendo regno ex quo Federicum expulsum uoluerant magna strage in Apulia Galli & Hispani conflixere. Ab Hispanis stetit uictoria: Inde repetentibus regnum Gallis, & ad Lyrim amnem fusis & cæsis, cum ui tum pace Hispanis regnum cessit. Interim plerisq; in locis pestilentia ut Ferrariæ, ut Mantuæ, ut in Hætruria grassata est. interim fames, primum Florentiæ, qua in Vrbe uidimus ipsi, homines fame consumptos, qui uix adapertis ui magna dentibus, uel pauxillum admittere poterant Alimoniæ, & quoniam longa erant inedia tabefacti, priusq̄ urbem intrarent, multitudo magna periit. In ora quoq; padana fame adeo laboratū est, ut tritici sextarius, quinq; aureis uenierit. Pisis frequentissime conflictatam, obsidentibus urbem Florentinis, & regionem uastantibus, ut diuturno tandem, & troiano longiori bello fatigati, &

fame penitus afflicti, se se tandem Florentinis per miserint. Pistorienses ciues ex antiquis factionum studiis mutua clade conciderunt: Quibus nec aliæ caruerunt urbes: Nec terre quoqꝫ motus, nec prodigia defuerunt, Cum alibi tum Bononniæ: in qua & diruta Templa, & pleræqꝫ Ciuium Aedes ruinam minatæ, parsqꝫ anterior Aedis Bentiuolæ collapsa, magno fragore decidit. ipseqꝫ Ioannes Bentiuolus caput gentis & ciuitatis, biennio post factus est exul cum uxore & tota familia, Iulii Pontificis Maximi, eius nominis secundi, ductu, cui & Gallorum copiæ suppetiatum accurrere. Dein ipsa motu olim terræ quassata domus, Iam refectis a Bentiuolo quæ deciderant, dum eius filii frustra reditum procurassent, æquata solo est. Subinde Genua cum plebs nobilitate pulsa ciuitatis sibi principatum adsciuisset, rebellauit Ludouico Regi: qui dum equestri exercitu satis Valido, & sex heluetiorum millibus mercede conductis, uendicandæ iniuriæ accintus esset, oppidani deditionem fecere. Vltus Rex principes factionis, redit in Galliam, constructa arce ualidissima munitissimaqꝫ ad caput phari, quæ Vrbi & portui imminebat. Hæc postea affectis fame Gallis se se dedidit, & solo exæquata est. Sed per illa tempora veneti multa in foro Iulii oppida, & Tergestrum urbem in ultimis Adriatici sinus terminis & aliquot Castella paucis repugnantibus, Maximiliano Cæsare Agente in Belgis, abstulere.

Inde cóncórdia régũm intér se pró éxcidendó Vené to nomine conflata est, auspiciis Iulii Maximi Pontificis. Nam Maximilianus electus imperator, & Ludouicus Galliæ Rex,& Hispaniæ fernandus, cõuenere & bellicum cecinere venetis: Qui coacto exercitu Ludouico restiterũnt, Sed ab ipso uictoria stetit, multaq; Veneti exercitus millia gladio cæsa, paucis passuum millibus a flumine Abdua. Intérim Pontifex flamminiæ urbes qb9 Veneti dominabãtur,paucis diebus Ecclesiæ Romanæ, cuius ditionis fuerãt; restituit, In Venetos non terrenis modo sed cœlesti bus etiam armis agens:éos enim cũ fautorib9 ac defensorib9 Anathémate,ni redderent que poscebãt ꝑsecutus est,interdixit etiam sacris. Franciscus Gonzaga Mantuãnus princeps, nonnulla quæ Venetorum imperata faciebant oppida,prius autem maioribus francisci paruerant,in potestatem recepit.Fernandus integram Apuliæ possessionem obtinuit. apud Maximilianũm Cæsarem dedentibus se se urbibus, quæ Romani Imperii nomine reposcebat,de ipsa urbe Venetiarum quid agi deberet longe disceptatum est. Hinc urbem Patauii de repente Veneti recuperant, & Lemniacum recipiunt oppidum: Ac paulo post Franciscum Gonzagam in agro Veronẽsi captum Venetias abducunt. Ad obsidendam Patauii urbem ingens confluit exercitus, Sed instãnte hyeme, retrócedentibus militibus, Vicentiam & Veronensis agri magnam partem iterum sibi Veneti adiiciunt, Peninsulamq; Rhodigii quam Alphonsus Ferrariensium Dux, tanq̃ paternam ditionem

sibi armis

sibi armis asciuerat, rursus inuadunt, & classem ad/uerso Padi flumine ducunt, aggeribusq; & munitionibus aduersus hostilem impetum sepiũt. Galli suppetias ferunt Ferrariensibus, qui munitiones per sæpe tentantes accepto dãmno retrocedunt, Demum aggrediuntur alacriter, & classem uniuersam obti/nent, & Ferrariam abducunt. Cogitur iterum cõtra Venetos exercitus, Galli lemniacum ui obtinent, Cæsari suppetias ferentes, Paulopost Montem silicis expugnant: & Taurisium urbem obsident frustra. Atq; ita inter Venetos & Maximilianum Cæsarẽ diuturnum bellum ciuitates, urbes, oppida, depopula/tum est. Si quidem interea fertinorum urbs hostili deflagrauit incendio. Belũnesium uero nõ una obsidione prostrata est. Vicentia desolata crebris icur/sionibus. Postea Brixia direpta atq; uastata. Nam dum abalienatur a Gallorũ amicitia Iulius, & in Alfonsum Ferrariensium Ducem ecclesiæ armis & exercitu statim inuehitur, abripit ei mutinam, & oppida Flaminiæ. Sed Galli Alphonso ferunt suppetias, tũcq; brixia ab illis defecit ad venetos: quam ubi Galli ui armata repetunt, maxima incolarum cæde & direptione est uindicata rebellio. Inde Bononiam reuertuntur, quã pro pontifice Hispani oppugnant, propugnant Galli. Retrocedunt mox Hispani re infecta, & ad Rhauennam uterq; exercitus infestis signis concurrit, superiore Gallo. cui cum se se Rha/uẽna dedidisset, militũ perfidia diripitur magna cæde, ducibus añ acto prælio magna ex parte interfectis, qui militum isolentissimas rapinas compescerẽt.

ſtetit quidem a Gallis uictoria,ſed longe cruentiſſi-
ma,amiſſis Ducibus,amiſſo pene omni robore exer
citus. Quo factum eſt ut paulo poſt deſcēdentibus
heluetiis,pellerentur Italia , & uniuerſam amitte-
rent inſubriam , & Gallias repeterent . Interea Io-
annes medices qui in caſtris ad Rhauennam lega-
tus erat pontificis, dum in Galliam abducitur,eripi
tur cuſtodibus,& poſt paululum armis hiſpanis in
patriam reſtituitur direpto magna cæde Prato op
pido . Britāniæ inſulæ Rex in Gallos mouet , & Mori
norum munitiſſimum oppidum ui capit . Hiſpani
ditione pellunt Nauariæ (quæ dicitur) regem , Gal
lis amicitia & genere iūctum. Maximilianus sfortia
Ludouici filius Iulii & heluetiorū maxime fauore,
paterna inditione collocatur. Inde Gallis recūperā
dæ inſubriæ auidis,ad Nouariam ipſe obſidetur,libe
raturq; heluetiorum fauore & uiribus,qui cum Gal
lis quibus triuultius & tremolia præerāt confligūt
eoſq; ad internitionem cædunt , reliquiæ ſe tranſal
pes recipiunt. In britāniæ inſulæ parte quæ Scotia
dicitur(eam partem Caledoniam ſiluam appellatā
ſunt qui exiſtiment) in ea quoq; cui Angliæ factū
eſt nomen,bellum ingens conflatum eſt , quo ſcoto
rum Rex i prælio occiditur,qui amicitiam Gallorū
ſequebatur. Iulius a Venetis ad amicitiam Cæſaris
Venetorum hoſtis,ob metum diſſidii per Gallos ex
citati,ſe ſe confert.Hiſpani Itidem p Cæſarē militāt
aduerſus Venetos , qui tum prope vicentiam fun-
dunt fugantq;,ac Liuianus eorū Dux curſu patauiū
reperit. Veneti cū Ludouico Gallo in gratiam rede

unt. Moritur Iulius. ſufficitur ei Ioannes medices,ſi
biq; Leonis nomen imponit. quo cum & Maximilia
nus Cæſar,& Sfortia,& hiſpani & heluetii fœdere cō
uenire ſatagunt,aduerſum gallos,quorū Rex Ludo
uicus parta cum Britannis pace,& accepta in matri
monium regis ſorore, moritur . ſufficitur ei Franciſ
cus,eius nominis primus adoleſcens,qui regni coro
na ſuſcepta bellum Italicum meditatur, & igenti ex
ercitu aduerſus omnes reges & populos fœdere iun
ctos mouet,& cū heluetiis cōfligit,qui prælio cōfec
to,ſe ſe in patriā recipiunt. Et Maximilianus Sfortia
ſe ſe & ſua cum arce munitionibuſq; omnibus Fran
ciſco permittit. Adhuc perſtrepunt claſſica,& unde
cunq; gentes confluunt,q̄ uariæ linguis, habitu,tā
ueſtis & armis,& ex uaria gentium colluuione aliq
bus in locis peſtilentia ſcaturit , & fames quoq; gli
ſcit in dies.Horum itaq; unius & uiginti annorum
calamitates(proprias & domeſticas taceo) taceo &
remotiſſimas quæ in oriente & ſeptentrione conti
gerunt noſtræ hiſtoriæ monumentis relata, Calami
tates inq̄,quibus noſtris in oris uiri magno & excel
lenti ingenio extincti,Regnorum immutata guber
nacula,Reges extorres facti & occiſi , Ducum pars i
captiuitatem ducta,pars extīcta,quibus urbes & op
pida direpta,deſolata,cōbuſta.quibus excitatæ fac
tiones,trucidati populi,cæſi exercitus.quibus igno
ti morbi craſſati ſunt , quibus fame & peſtilentia la
boratum. Alii in cœlum & ſydera tanquā in cauſam
referunt , Idq; multipliciter Alii caſui temeritatiq;
fortunæ ferunt acceptas.

¶ Quo ordine hoc in libro procedendum, quodq; primo confutandi qui in astra ut in causas referunt calamitates, multipliciter. Deinde qui fortunæ illas adscribunt, Demum subiiciendam esse ueritatem. Caput secundum.

h Orum omnium uanas opiniones confutare pergens, monstrabo non instantes modo, Sed nec præteritas, nec quæ multo maiores post paululum futuræ creduntur calamitates, aut cœlo astrologico ue fato adscribi, aut nullo modo concedi casui & fortunæ posse, Sed sapientissimo dei iudicio, qui de hominũ sceleribus, nõ cœlo ipso, aut syderibus, defectib9 ue planetarum, aut cometis tanq̃ ueris & propriis causis, quod nonnulli uanissime sentiunt, Sed angelis hominibus, morbis, fame, bello, ut assolet, uindictã summit, & bonis consulit, sed & paruis quoq; si resipiscere uoluerint. Præter deum autem ipsiusq; iustissimam prouidentiam, alias causas afferam, quæ ipsi prouidentiæ famulantur, ut dignosci queat, Si eiusmodi aduersis premimur, mirandum non esse. Quoniam uero qui astrologia delirant, scite magis delirare putantur, in hos primo scribemus, & in primis eos confutabimus, qui in planetarũ configurationes, præsentia mala referunt. quoniã uero ii multifariam deorbitant multifariam quoq; eos ad rectã pro uirili tentabimus reuocare. Sũt enim qui superiorum erronum congressui id malunt adscribi: sũt qui solis & lunæ deliquiis: sunt qui cometis inde ut existimant prodeuntibus; sunt qui signi & planetæ

dominãtis imperio uolūnt attribui: sunt qui malūt id ipsum decem Saturni periodis concedi. subinde eos cōfutare pergam qui certas mutationes regno, rum,& diuersa quibus afligūntur homines mala oc culto quodam naturæ decreto & fatali centenorū, annorū necessitati,uni octauæ sphæræ parti(gradū eam appellant)respondenti,mallent adscribi.Diuer si enim a ueritate semper,inter se uero sæpenumero a se ipsis etiam quandoq; plurimum inueniunt di/ uersi qui humana negocia de cœlestibus configu/ rationibus gubernari contendunt. Vt enim qui ad ueritatem sua omnia studia dirigunt facile con/ ueniunt, ita qui superstitiosæ diuinandi per as/ tra uanitati se se dediderunt,in uaria diuersaq; dog mata distracti,de rerum euentis diuersissime pro/ nunciant. Hos omnes suo ordine delirare con/ uincam. At qui fortunæ casui & temeritati ea re/ ferunt accepta, rationibus (ut arbitror) ualidis a deo compescentūr, ut se parum fortunatos fuisse dicturi facile sint,& actos aduerso casu,qui temerita ti magisq̄ sapiētiæ res magnas & dignas admiratio/ ne concesserint. Postea & diuinis litteris & huma/ nis magnas clades, magis sceleribus, post habi/ tæ religioni, auaritiæ, luxui, discordiæ Regūm,& præterea populorum imbelliæ, & contemptui di/ sciplinæ militaris, adscribi debere,me confido pro/ baturum. Ergo ab astrologis sæpius & a patruo & a me confutatis, tanq̄ uictis & rebellibus arma ite/ rum inferentibus initium capiatur: quo minus post hac nobis queant exhibere negocium.

¶ Per quot cœlestes (ut existimant) causas: magnas prædicere mutatiões astrologi satagāt, ibiq; ꝙ nec congressibus coniunctionibus ue planetarum siue superiorum siue inferiorum, neq; solis & lunæ deli quiis, neq; cometis inde ut putant pendentibus, ad scribi possunt ut ueri effectus, nostri æui calamita tes. Caput tertium.

Ex uariis rerum cœlestiū ordinibus ua riari ordinem rerum sublunarium ge nethliacæ uanitatis professores uolue rūt, sed minime quo id modo fieret cō uenerunt. fuere. n. qui superioribus stellis tribuerēt potestatem terrena negocia permutandi: nō defue re q̄ iferioribus id malēt dari: q̄q̄ quæ supremæ quæ imæ quæ mediæ nō satis constet apud astrologos, q̄ de re cum alii tum ego non semel & precipue in ter

Examē auth. tio examinis nō parum multa disserui. aliis placuit ut orbes uarie moti essent in causa magnarum mu tationum: quas nec una nec concordi sententia uo luerunt de cœlo suspendi. Septem ego ad summā collegi opiniones quib9 in uniuersum ariolari sata gunt, quas & referam & suo ordine confutabo. pri mum itaq; autumant fieri rerum inferiorum tumul tum per Saturni & Iouis, eadem ī cœli parte, cōgres sum, addunt Aliqui Martem: per Solis & Lunæ eclip ses (defectus & deliquia latinis appellantur) per co metas quas inde putant deriuari: per uniuscuiusq; planetarum & signorum imperium, quod annos p seueret trecentos & sexaginta: per Saturni decē pe riodos spatio trecentorum circiter annorum consi

ciendas. Sũt & q ad superius quoddam naturæ decre
tum confugiant, nec planetas aut signa pro fato
calamitatum accipiant, sed supremi corporis motũ
adeo tardum ut centenis quibuslibet annis una
parte siue uno gradu moueatur. & cuilibet motui
(siue somnient siue uigilent qui ita sentiant non ha
beo compertum) quæ fiunt in sublunari mũdo mu
tationes, bella, tumultus, pestilentias, fames attribu
ant. Alii uolunt accessui & recessui octaui orbis assi
gnari. Atq; ita ii cœlo & hærentibus stellis, ut illi er
rantibus, & Aeriis quibusdam uaporibus crinium
specie diffusis unde illis obtigit nomen sublunaria
eiusmodi facta suspendũt. Age seorsum, & eo quo
proposuimus ordine, examinemus, quanta hæ quas
afferunt causæ soliditate nitãtur. Si.n.causæ sunt tũ
cum habentur, & effectus haberi debent. ac sane nũ
q̃ sine suis effectibus naturales causas prorsus exis
tere necesse est. Nam ubi positæ fuerint, effectus cõ
sequntur, eoq; magis quo potentiores habentur &
sublimiores, ut minus quæ ab eis pendent frustrari
euẽta possint. Saturni autem et Iouis (ut hinc capia
tur exordium) congressus sæpissime, effectus tamen
minime cernuntur. nam quibuslibet uiginti annis
iunguntur Saturnus & Iupiter, ex dogmate ipsorũ
astrologorũ supputantium Planetarum loca non
aliter q̃ p motus medios, a Ptolemæo periodicos ap
pellatos, qui motus ficti sunt a Mathematicis ad ue-
ros erraticarum stellarum motus depræhendendos
in hoc etiam reprehensione digni q; fictis pro ue-
ris utuntur. Itaq; in congressu Iouis & Saturni, etiã

Argumen-tatio contra eos qui addu cunt coniun-ctiones plane tarum supe-riorum.

Si ex illorum motu deprahenderentur clades cala-
mitatesq; orbis, quibuslibet uiginti annis illæ ipsæ
contingerent. Sed non ita fieri ex omnibus histo-
riis manifestissimum: & nostra etiam memoria satis
opinor comprobatum. Nam ante Caroli aduētum,
& priori etiam sæculo, in altissima pace degebat Ita
lia, & fere omnis Europa. Nec quibuslibet uiginti
annis ætate nostra aut bellum ullum insigne & san-
guinarium, aut uastitas ulla, Regnorum ue muta-
tio. Nec aliquot etiam ante actis seculis, quantum li
cet per historias colligere, adeo mirabile i rebus hu
manis quicq̄ contigit, per bella, per cædes, per ua-
stitates, urbium atq; regnorum, quin ante mille-
nos lōge mirabiliora contigerint, sed non stato illo
uiginti annorum spatio. Ex quo satis apparet præ
sentes calamitates in coniunctionem siue congres-
sum ipsius Iouis & Saturni non esse reddendas: cui
appellationem indidere nonnulli magnarum con-
iūctionum. Sed q; nec aut hæ aut ullæ aliæ siue præ
teritæ siue futuræ calamitates possint referri, aut in
magnas coniunctiones, aut in medias, aut maiores,
aut in maximas, hinc fiet manifestum. Quod su-
per hac re dissentiunt maxime Astrologi, idq; argu
mentum, uel falsitatis haberi debet, uel incōpertæ
ueritatis: quod facilius admittent defensores Astro
logiæ. q̄q̄ si hoc fatentur & illud nulla difficultate
deducit. Si enim in principiis nulla prorsus habet
certitudo, Multo minus habebitur in iis quæ ex ip
sis uolunt principiis colligere. quare cum non sit
cōpertū apud astrologos quæ magna, quæ maior,

Alia argumē tatio qua et prior etiā cō firmatur.

quæ maxima cõiũctio,& a q̃ mirabiles rerũ ſubluna rium mutationes debeãt expectari,incertũq; ité ſit quæ regio terrarum cui cœli parti ſubiciat:cui cæle ſti regioni,cui terrenæ,planetæ dominentur:quæ il larum habeantur initia prorſus incertum,in ipſo ta men diuinãdi per aſtrologiã(ut uolũt)munere plus q̃ neceſſaria: ſequẽs fuerit ut deterioris ẽt cõditiõis quãtũ ad certitudinẽ ptinet prædictiões eẽ debeãt ide cõriuatæ:quæ tũ falſitatis iure obtinẽt nomẽ cũ excidũt a ueritate. qđ ſæpenumero & fere ſemp fit rõne & experiẽtia teſtibus. Incertis.n.& uanis nitũt pricipiis,& non eueniunt quæ prædicunt:aut ſi qua eueniunt manifeſto depræhẽditur,ex eis quas fin gunt cauſis nullo mõ pendere.Explicemus hæc per partes.Magnam eam eſſe coniunctionem,quæ ſit Io uis & Saturni,& poſt uiginti annos eueniat ſerie p petua,Albumaſar,Alchabitius alii tradiderũt. Me diã quã ſaturnus & mars ꝯſtituãt i cãcro poſt ãnos trigita . Maiorẽ uero quæ poſt duodenã uno ĩ trigo no copulationẽ fit,cũ ſe ſe ipi ſecũdo i ſigno ſeq̃ntis (ut aiũt)triplicitatis excipiũt.maximã quæ ppe mil lenariũ i ariete celebret.Cõtra uero meſſalla exiſtia uit,nãq; nõ duorũ ſed triũ ſupiorũ Saturni Iouis & Martis maximã cẽſet eſſe cõiunctionẽ,ſecus ac uul gus aſtrologorũ opinat,poſt hãc Iouis & ſaturni i ariete cõiũctionẽ magni æſtimat,Deinde martis & ſaturni,poſtremã iouis & martis.Sed multa hac i re & uaria nõ una ſimplexq; fallacia.primũ q alii a ma gnis,alii a maximis,a mediis alii,a minorib9 alii ꝯiũ ctiõib9admirabiles rerũ mutatiões deriuari opinãt,

Deinde q trigona isthec siue triplicitates ut qbusdã placet nulla ratione sunt fretæ. Alias enim faciunt igneas, alias aereas, & sic deinceps elementarias qua litates cœlo & stellis multa iniuria transcribunt. præterea ridiculis nixi coniecturis id promunt, nec ullo naturæ fundo nitentibus. ad hæc nulla concordia inter se se conueniunt, nec in trigonis ipsis, nec in iis quos præsides eorum constituere, trigonocratores appellant, quod apud astrologos notissimum. Sed nec plane constat inter omnes astrologos, qui nam superiores planetæ sint habendi, quo fit ut si ad superiores stellas referre, quæ fiunt in rebus humanis mutationes insignes uolueris: ad quas nam referas incertum sit? Nam ut mittam q aliqui supra omnes planetas etiam supra orbem octauum collocauere solem & lunam: uti Metrodorus chius, Crates, Anaximander, quod est alibi a nobis indicatum. Certe Moses ægyptius inter astrologos magnus situm & ordinem planetarum superiorum putauit icertum. Certe solem constituerunt ægyptii, Plato itidem & Aristoteles, lunæ proximum: quem Ptolemæus & alii in medio statuunt. Alpetragius autem in medio Venerem. sed & Ptolemæo reiecto Theon & Ieber sequuntur Aristotelem. quo fit uti & uaria prorsus habeatur relatio, & eadem in re quispiam nõ possit & Aristotelem & Ptolemæum sequi, quorum tamen sectatores se simul esse plane confitẽtur: in hoc etiam deuiratione digni q contra sententiam Ptolemæi satagunt prædicere particularia, quæ ipsæ Ptolemæus in libro fructuum solis afflatis numie reseruauit. Cæ

pere in aures uulgi susurro perpetuo, & in publicis uaticiniis decernere de annorum initiis, de dominiis planetarum in annos, de imperio in regiones, de sæculorum pricipatu. de quo (ut unde uidemur digressi reuertamur) interrogandi sunt unde principium desumpserint: non inquam mensis in anno, sed anni in nouo orbe. Si enim non faciunt noui orbis initium Arabes cum nouo mundo, quod scilicet fatentur initium habuisse, nihil icõsultius afferre possũt: nihil quod suum dogma magis constituat imaginarium & uanum. si faciunt, sequitur ex eorum dogmate annos undecim supra ducentos preteriisse, anteq̃ essent anni, idest ante initium mundi. Veritatem in connexo esse, eorum met authoritatibus comprobatur. Aoniar i libro de natiuitatibus & Albumasar i libro de magnis coniunctionibus uolunt, nouuum cœpisse orbem magnum, cui prefuerit ex planetis saturnus, ex signis cancer, quo tempore saturnus & iupiter in cancro simul fuere, annis ante cataclysmũ septuaginta nouem super ducẽtos: tam & si octo annis antea fuisse congressum illum Albumasar existimauerit. quo congressu ipsam eluuionem (ut diximus) autumant significatam. a mundi autem initio ad diluuium numerat ipe albumasar, quo præcipue authore solent uti posteriores (Neq; enim de uera supputatione fit discussio, sed ea quam ipse tradidit aduersus ipsum disputantes utimur) numerat inq̃ a mundi initio ad eluuionem, qua mundus aquis oppressus est, annos ducentos uiginti octo supra duo millia. Ergo ab ipsa coniunctione qua cœpit nouus

Ratio contra fundamentũ astrologorũ.

Conseq.

prob. conseq.

orbis, mille nongenti quadraginta nouem. Vna ex opinione, ex altera octo minus supersunt anni, ad initium noui mundi: Nam dicebamus ex Aoniar & aliorum astrologorum sententia, Cataclysmo præextitisse coniunctionem annis ducentis septuaginta nouem, & Albumasarem octo annis antea iunctos saturnum & Iouem existimasse. Quare si diuiserimus eos qui supersunt ãnos, per numerũ quo magnos orbes metiuntur, colligemus in ipsis annorum reliquiis mille nongentis quadriginta nouẽ, quinq; magnos orbes esse conclusos, & sexti orbis partem: idest annos centum quadraginta nouem. quem orbem si complere uoluerimus, extra mundũ ire oportebit, & extra anni solisq; uias, extraq; omnino temporis initia peregrinari, & exulare quæ situm annos ducentos undecim, ut orbem absoluamus: q̃q̃ octo ãnis minus exulare dabitur si Albumasarem maluerimus sequi, congressum iouis & saturni ante diluuium non ãnis ducentis septuaginta nouem, sed septem supra ducentos & octoginta supputantem. At quoniam in magnis orbibus uel construendis uel reuoluendis, parum fœlix fuit Albumasar, dispiciamus num in saturniis periodis metiendis fœlicior apparuerit? Existimat exactis decem saturni periodis siue reuolutionibus quæ trecentis fere annis absoluuntur, magnas fieri rerum inferiorũ mutationes: hoc nullo pacto ægyptii ꝓfessores astrologiæ concedent, apud quos nec saturno nec cæteris præter solem lunãq; planetis, egregiam ullã tribui uolunt potestatẽ: hos enim regi & reginæ cõparant

Contra saturni periodos prima ratio.

illos famulis & ministris. S; dicet se nō rōni nō autho ritati s; expimēto stare nā fūdamētū iecit i historia, eāq; uice testis attulit & duxit i iudiciū: Nos q iusta causa freti sumus, subterfugia litiū nō quæramus, eo dē usi teste quo maxime fidit aduersarius. qd nā hic ꝺ pōat testis si recitet idē Albumasar, numeraui iqet ab Alexādro ad Augustū & Tiberiū cæsarē, ānos sex cētos, hoc est uigiti cōfeci saturnias reuolutiōes & bifariā diuisi, iusta mēsura: primaq; i parte, hoc est anterioribus periodis inueni proditam historiis persarum cladem, reliquis autem Christi aduentū. At, at historiam dixerat Albumasar pro se afferre, & receperam me illa ipsa usurum: Imposturam fe/cit, & circumuenit etiam iudicem noster aduersari/us: nāq; inane figmentum attulit, falso historiæ no/mine prætitulatum, Laruam imposuit testi ne di/gnosceretur, reuella tectorium, & fallacia detegetur, quæ nam quæso legitima historia, in qua legi pos/sit post trecentos ab Alexandro annos persarum clades tam insignis, etiam si aliqua fingatur, ut ei me rito præfici possit uice causæ saturniaci decas perio di: & quæ itidē ulla est etiā ficta historia, in qua nu/merent ab Alexādro ad christū sub Augusto natū, sub Tiberio crucifixū āni sexcēti: error hic nō minu tiarū nō paucorū ānorū ē, sed sæculorū: Alphōsus i astronomicis tabulis ab alexādro ad Christū undeci sup̄ trecētos ānos fluxisse cōputat: & q plures ēt uo lūt min9 tñ ꝗ ꝗdrigētos pcēsent. ut nō min9 ducēto rū ānorū error appareat. Ad hæc, ut aliis piodis ter renarū reuolutionū mutatiōes adscribat, exactis

Prima ratio i uera historia fūdata aduersus falsam historiam.

Secunda rō.

Confu. respō
sionis

aliis trecentis post Christum annis, nouam legem ꝓ mulgatam scribit inter Nazarenos (ita christianos appellat) & paganos, qui & gentes nuncupātur, sed nulla lex talis adhuc apparuit. ꝙ si de maomethis secta intellexisset, longissime & in rei conditione, & i ānorum spatiis aberrasset. Si de manicheorum secta, ut uisum est aliquibus, maluisset intelligi, primū in ea nil mirabile, ut inter magnas mundi mutationes mereatur numerari, deinde anteq̄ noua reuolutio terminum acciperet euanuerat, quare tam debile fundamentum aduertentes cæteri astronomi superstruere (ne impensas amitterent ueriti) desierūt, & alliacensis cum id sibi usui esse autumasset dū scriberet historiæ & astrologiæ concilium, mox in cudēdo elucidario contempsit. ut mirum uideatur, aliquem extare qui tali arenæ amplius sua ædificia cōmittere non uereatur.

❡ Calamitates ætatis nostræ nec centenis quibuscunq; annis, supræmi orbis uni parti siue gradui respondentibus, nec accessui & recessui octaui orbis ulla ratione tribui posse. Caput Quintum.

C Aeterum ii qui centenis quibuscūq; annis magnas fieri mutationes rerum inferiorū prædicant: & qui accessu recessuq; orbis octaui, & accedunt uanitati & a ueritate recedunt, mundanas clades arbitrati sūt statis quibusdam tēporum curriculis acceptas referri debere, tanq̄ necessario prodeūtes, & pēdulo nexu atq; inuariabili serie corriuatas. Sed in effectu se falli si historias consuluerint & aberrare in causa si supræmi corpo-

ris motum considerarint, facile depræhendent. Neq; enim eo motu mouetur cœlum quo fingunt ipsi, neq; octaui orbis accessus & recessus satis apud omnes constat: qui & si constaret, uarie etiam proditur a diuersis authoribus astrologiæ. sed de iis paulopost: prius enim admonendi quicunq; eiusmodi opinionibus excidunt a ueritate, ut legant hebreas, græcas, latinas, historias: nunq̃ enim itatum hunc ordinem animaduertent, ut serie perpetua unoquoq; anno centenario sublunaris orbis insigniter adeo tumultuetur, ut eius rei causam tanq̃ nouam & insolitam ad supremi corporis momentum referri sit consentaneum: nec in accessum item & recessum illum, de quo multa fundunt inaniter. Multi enim eiusmodi mutationes ut ostensum est, libentius referunt in errones. Sed fingamus eã nõ in ipsos errones referri oportere, quo quæso referetur? in supremũ corpus? at quod nam supremum? cum alii supremum omnium faciant octauum qui fixis syderibus irradiat: uti Plato in opere de natura, uti Aristoteles in opere de cœlo disseruere, secuti ægyptios & chaldæos: alii uero nonum cœlum super stellarum fixarum orbe collocent, extimũq; constituant. alii super hoc decimum esse arbitrentur. Itaq; dum adhuc sit lis sub iudice, Iudicium pendebit incertumq; habebitur, motui ne octaui an noni an potius decimi, rerum mutationes inferiorum, si ullæ centeno quoq; anno contingant, acceptæ referantur. Quod si dixeris in octauæ sphæræ motum, qui unius partis siue gradus conficit spatium centeno quolibet

Prima ratio.

Secunda rõ.

Tacita rẽspõ.

anno, dum ab occasu mouetur in ortum, mutatio-
Cõfutatio. nes eiusmodi referri oportere. Primum hoc nullo fundamento dictum uidet̃, ut gradus ille siue pars dum cõfecta absolutaq; fuerit, octauæ cursu sphæræ, tam magna & admirabilia parere debeat i rebus humanis: gradus.n. illi siue partes, nõ i ipsa sphera distineti & seiũcti ita sũt, ut diuersa earũ sit natura, in sublunari machina rerũ cõruptibiliũ allatura diuersitatẽ: Sed excogitati sũt a mathematicis & ficti, ad faciliorem dimetiẽdorũ motuũ supputationẽ. est.n. si ulla est, uniformis illa i unaq̃q; sphæræ parte, uirtus uariãdi nõ difformis ut quocũq; ãno pagrata cẽtesima gradus unius particula, magnæ iferiorũ mutationes debeãt expectari. sed condonemus distictos illos i octauo cœlo gradus esse & i fine cuiusq; &
Alia ɔfutatio in exordio, inesse uim terrena negocia permutandi. centeno ne igitur anno bella, famem, pestilentiã, inferioris deniq; tumultum orbis excitabit? qua nam quæso causa? qm̃ inquient peracta pars erit una seu gradus unus: Ita.n. Ptolemæus affirmat. At non sic alii, quibus placet minime illam ab occidẽte in oriẽtem uerti, nec si uertatur, admitunt centum ãnis cõ
Proclus cõtra ptolemæum. fici spatium partis unius. Proclus.n. obnititur aperte Ptolemæo & iis qui eiusdẽ sunt sententiæ, ac anti-quã tuetur opinionem: multaq; docet absurda sequi illos qbus hac i re probat̃ Ptolemæus: stabiliq; nitit̃ ipse fundamento cœlestis ursæ, tot retro sæculis i occiduæ, & stellæ canopi aliquo in loco uix conspicuæ, & nũq̃ tñ demersæ subfinitorem: sed sũt q nec ab occidente nec ab oriente rotari illam uelint, sed inter.

Aquilonem & austrum titubare. de nona uero & decima ita statuunt, ut altera in orientem uergat, altera ab oriente omnia secum rapiat ad occidentem. Sectatores autem Ptolemæi, quantum ad motum octauæ ab occasu in ortum pertinet, Si sequuti magistrum sunt, in spatio tamen partis unius centum annis conficiendo: ipsum non sequuntur. Citius enim ad finem gradus proueniri uolunt. Auerodam, Auenazra, & Moses ægyptius: citius et Albategni putauit absolui gradum, nam illi septuaginta non centum, hic sexaginta sex annis tantum, expleri decernit: ut hinc deprehendamus, non centesimo quoq; anno: sed & septuagesimo & sexagesimo sexto formidandas calamitates, et ocius etiã aliquantò, si Pauli florentini supputationem sequamur. Sed dicent non ab hoc motu prædicimus futura excidia, sed ab eo quo retrouertitur in orientem syderum cœlum, cum certum spatium cõfecerit, in hunc.n. accessum & recessum octaui orbis, referemus calamitates. At si non retrouertitur: non referetur. Sed nec antiqui astrologi nec Ptolemæus hũc motũ agnouit: Azarchielæs itroduxit: tebit reiecit, australi & septẽtrionali inuecto motu. quod si etiam in accessum & recessum stellati cœli referre obstinatius quã uerius calamitates uolueris, quo pacto sint referendæ prorsus ignoraueris: Sunt enim qui decem tantum gradibus progredi, mox regredi uolunt: sunt qui quatuor tãtum distare posse mobilia quæ dicũt signa ab imobilibus asseuerant: sunt etiam qui (uti diximus) uolui alio.i. in austrum & aquilonem

Responsio.

Confutatio.

Alia confutatio

censent. quare cuilibet gradui accessus & recessus si assignaueris,& egressū & reditū totius cōfecti spatii iusseris examinandum, uel quadrigentesimo quoq; anno,uel millesimo anno, non ullo quopiam exacte definito,calamitates futuras prænunciabis,& tam incerte,q̄ hæc est de accessu & recessu,deq; Australi motu & aquilonio,incerta uacillansq; sentētia. Sic & icerta illa de motu ab occasu in ortum absoluto, de quæ eius uaria uelocitate:cuius etiam uarietatis la

Lib.examinis

te meminimus in tertio examinis libro. ob hanc ipsam uarietatem non statā & firmā annorū ullā periodo, sed uel septuagesimo quoq; anno, uel minore etiam numero, & eo quidem uario, bella cedes & cætera quæ nunc orbem inuasere mala, consurgerent. Dicent fortasse non ipsi cœlo sed herentibus in ea stellis ea quæ pronunciant deberi. At animaduertant nō ita ab eis ipsis astrologis decerni,q partem siue gradum dicunt esse causam calamitatum nō sydera:quæ q̄q̄ esse in causa ab aliquibus dici potest,ab ægyptiis id certe non potest,apud quos uulgi locum obtinēt, sicuti quinq; errones ministrorū, & sol & luna regis atq; reginæ:cuius rei & sextus meminit in libro aduersus astrologos,& nos in questione de triplici astrologia mentionem fecimus.

Responsio.
Cōfutatio.

Sextus.
Questio đ triplici astrologia.

¶ Q đ calamitates presentis æui in casum temeritatemq; fortunæ referendæ non sunt, caput sextū.

Parum abest,quin īfortunam quo quo modo uideri possimus reiecisse causas calamitatum,tot enim uidimus incerta eorum iudicia,qui causas ipsas in astra retulerant, ut uariā

tis fortunæ temeritate acti existimari possent, q̃q̃ stato & fatali, maximeq; aduerso fortunæ principio, hoc est cœlo naturali causæ, & non temere nec a fortuito euentu aut casu, sed per se suos effectus promenti, se niti asseuerarent. Est autem fortuna casus quidam naturæ uel electionis authore platone, qui & causam quoq; putauit esse eorum quæ fiunt ex accidenti, ut hesisse hac in re platoni magistro uideat Aristoteles cū secundo physicæ auscultationis libro fortunam causam per accidens appellauit, & contra eas distinxit causas, quæ eius quod per se dicitur, nū cupatione dignatæ sunt. plura de fortuna in secunda parte operis nostri de diuina prouidentia disseruimus, & quo pacto tam ipsa q̃ fatum, & necessitas, & nemesis, & adrastia, aliaq; id genus, sub diuina ꝓuidentia reduci possent, lōgo discursu patefecimus. quo ad propositum pertinet, fortunam capimus pro incerta causa de qua nec cōsilio nec præcogitato fine, sequantur euēta. atq; in hunc modum accipiunt fortunā uersare terrena, & sic modo clades afferre, modo ab eis cessare non bene fortunati existimant. Nam si potestatem quandam quæcunq; illa foret, famis, pestilentiæ, bellorum tumultum, excitare inter mortales, & mox dare inducias, pacem, rursumq; pro arbitrio renouare famem, excire bella, inferre pestilentias opinarentur, alio aduersus eos ordine disputandum esset. causam enim afferrent aliquam per se non ex accidenti, fortuitaq; temeritate mortales exagitantem. cæterum si latentes causas fortunæ uocabulo significarent, nomen potius q̃

Quid sit fortuna.

Plato.

Aristoteles.

Lib. auth. de ꝓuidentia

res ducerētur in controuērſiam : Neq; enim palam omnibus fiunt ea a quibus euēra promuntur. Itaq; eos confutamus, qui accidere hæc mortalibus autu mant, nullo supernæ intelligentis cauſæ decreto. & q̄q̄ multis ex locis noſtri de prouidentia libri, quem ſupra citauimus, quicunq; talia blatterant, Confuta ti proculq; omni dubio proſtrati ſunt : Nihilo tamē minus pauca afferre hoc etiam loco, ut uel rudes uel ipſi diuinā agnoſcāt ꝓuidētiā, operæ præciū fuerit, q̄drabitq; opi cū ad libri ordinem, ut omnes opinio nes quæ ꝓpoſitæ fuerant non maneant indiſcuſſæ, atq; non reiectæ, Tum ut fundamentum iactum ſit ad ea quæ ſuperſtruere cupimus de calamitatū cau ſis, non inania ſed ſolida prorſus ædificia. Primū om nium ſatis conſtat uel omnes uel plurimos philoſo phorum diuinam prouidentiam aſſeruiſſe, & quo niam de Ariſtotele & Auerroe uerti ſolebat in dubi um, id prima operis ea de re confecti parte, manife ſtum reddidimus. ibiq; illam maxime aſſeri mōſtra uimus, ubi nulla de ea fieri uerba uidebātur: hoc eſt ſecundo phyſicæ auſcultationis libro, cum natu ram agere propter finem decernit. neq; enim prop ter finem agere quicq̄ poteſt, quod ipſum prius finē aut non intelligat, aut ab eo quod intelligit ad eun dē finē plane nō dirigatur. Cauſam autē ubi aliquā eiuſmodi attulerint, afferant & primam neceſſe eſt, ſi illa ipſa prima non fuerit. nanq; ſi aliam habebit cauſam, de ea, par queſtio fiet, & de alia itidem, atq; ita deinceps ſuo ordine, quoad prima omnino inue niat. Neq; enim dat ad iſinitum excurſio. nā ſi cauſa

Prima argu mentatio au thoritatibus nixa.

Auth. lib. de ꝓuidētia.

Multiplex rō qua authori tates appro bantur.

dicatur ex accidenti quæ scilicet ab eo pendeat qđ ei causæ cui nomen per se factum est, coniungitur, iam causa per se ipsa suboritur & subnotaƭ, ad quā scilicet referatur reducaturq; ea cui contigit nomē ex accidenti:ea autem per se causa dicitur esse, quæ sua potestate producit effectū.homo.n.p se hominē generat,albū ex accidenti,illum ipsum generat: qm̄ hōi qui generauit contigit esse album,a quo homine per se hō generatur.Vnam igitur per se causam ad quā referantur cætera,quæ pp finem uel agunt uel aguntƭ,inueniri necesse est ab eo,q illā ipsam recta rōnis indagine perscrutatur. Si.n. cæteræ causæ deinceps sunt,ut actio secundæ,sic pēdeat ab actiōe primæ,ꝙ sine actiōe primæ,secūda nō agat, essentiali(ut neotericis dicitƭ) ordine cōstituto,deuenire ad primā oio necesse ē.nā ubi qcq̄ motus & actiōis imi sceas,primū cōstitui oportere manifestū est,alioq infinitus esset motus,& nūq̄ actio terminū caperet,scilicet quæ ab ifinitis pēderet causis unde nullus oio effectus uideretur.Si a motu ēt seiūgas actionē,ide prorsus eueniet necessario,quādoq dē ordo ipse ita cōstitutus, primū omni dubio procul,insinuat menti cuiuscunq; cōtemplātis.Nā quo pacto pmi ullus effectus queat sine prima causa/cū posteriores non agant sine superiorum adiumento causarum, donec ad priorem illis ac demum ad primam uirtutē & potestatem sit deuentum. ꝙ si prima statuatur iam infinitæ non sunt, inuenta uidelicet prima, & si infinitæ concipiantur, cessabit actio: siue cum motu, siue abiuncto motu, illas fueris imaginatus,

Causa per se.

quoniã uigor ille in effectum demissus,qualiscunq; fingatur esse,ab infinitis dicitur causis pẽdere,quas non esse infinitas uel iuitus asseris,cum ipsas etiam inferiores causas ducis in medium,et aliã alia prio-rem constituis,et quod est sequens, propinquiorem

Aristoteles. primæ : id eni prioris nomen significat authore Aristotele quinto libro prime philosophiæ.verũ si per se causas i medium quispiam prõpserit, non tamen eo ordine stato,sed qui fit ex accidẽti, collocatas,ut inde nõ impediatur in infinitum abitio , de illarum iter se habitudine questio suscipietur,et præter or-dinem accidentarium,quicquam erit necessario colligere, quod sit per se causa:cui tãdem refertur ac-ceptum omne quod fit ex accidenti:et hoc pacto au thore aristotele,ab accidente dicuntur esse fortuiti effectus,cũ præter intẽtionẽ eius qui agit,occurrũt. Sed hoc qđ est ex accidenti,et præter intẽtionẽ inferioris causæ , ad supremam & primam deniq; rela-tũ,nõ præter itentionem illius,non ex accidenti,sed mirabili prouidentia deducitur.quare nullo pacto in temeritatem fortunæ,tot rerum inferiorum mu-

Confirma-tur ratio tationes referri posse manifestum est.Atq; id etiam clarissime comprobatur ex eo,ꝙ et uiri prudentes illas anteq̃ euenirẽt coniectati sunt,et fuere etiam qui superiore lumine diuinitus immisso multis an-

Prænotio, argumentũ prouidentię. nis priusq̃ de eis quispiam suspicaretur afflati, il-las ipsas præcinuerunt:quod est manifestissimum diuinæ prouidentiæ,non fortuitæ temeritatis argu-mentum.

¶Q̄d præsẽtes calamitates in dei prouidentiam ut in altissimam causam redigendæ sunt, quibus & innocentes & iusti bene uti possunt. caput septimū.

C Ollegimus paucis falsas haberi calamitatum causas quibus astrologi nitebant inaniter, quibus & uulgus multifariam desipiebat: Nūc ueras subiicere causas oportet: ut dignoscamus aptissime qcq̃d i rebus humanis maxime q̃tenus humanæ sūt euenit, nō cœlo nāli & generali causæ multa ab astrologis iiuria uexatæ: nō temeritati fortūæ acceptū referri debere: Sed & liberis causis & cœlo supiorib9. Nā qcq̃d euenit i imis reb9, siue p se siue ex accidenti, ad supiores reducim9 cās, Angelos dico cœlo præstantiores, & præsidentes regnis & regibus, qui uoluntate agunt, non aguntur, prxterq̃ Dei uoluntate, & ad uaria & diuersa munera obeunda destinantur: non aguntur inq̃, instar cœli quod uni cuipiam effectui addictū est, quas utiq; causas reducere deniq; oportet ad unam supræmā omnium, Deum: qui cognitione agit & propter finem eximia prouidentia, quæ a Thoma definita est Thomas. rō ordinis rerū in finem: in quam uti in primam longeq; præcellentissimā causarum omnium, necessario referūtur & calamitates & clades, q̃tenus pœne sūt, non quatenus peccata hominū. Siue.n. auaritia gratia exēpli siue crudelitas pricipū infert bellum finitimis, quatenus res eæ sunt, referuntur in prouidentiam, ut in causam, nanq; et intellectus cuius ambitum nihil effugit, & uoluntas quæ bona in finē optimū dirigit, prouidētia clauduntur, quo fit ut mala

pœne, quoniam non proprie rationem mali, hoc est culpæ peccatiq; concernunt, uoluntati diuinæ subduntur. peccata uero & si uidet deus, non uult tamen perpetrari, & si permiserit, iubet etiam flagellis emendari calamitatum: Atq; ita ex prauis facinoribus quæ fieri non uetat, multa elicit præclara bona. Nam si praui homines corrigantur & flagellis emendentur, longe lateq; illius funditur apud mortalium mentes misericors, & maxime mitis animaduersio, qua pro æternis, quos merentur, cruciatibus, admota ferula recipit in gratiam. quod si obstinati perseuerent, obaudientes clementissimo patri per flagella erudienti, iustitia se se exerit, magna etiam comitata clementia: nam cum praui tolluntur e terra, & præliis, & pestilentia, & fame, mitius cum eis agitur in æterno supplicio, quando breuior uitæ terminus, efficit ut paucioribus, si non minoribus, onusti sceleribus illuc descendant, pares commissis pœnas daturi: præclare agi cum improbis cum excedunt e uita, etiam apud gentes legimus, unde illud platonis in secundo de legibus: maximum esse malum & ut ille ait μεγιστὸν κακὸν cum bonis abundant praui, etiam si immortalitate potirentur: minus uero malum si uixerint q̃ breuissime, & paulo post colligit sub hac sententia uniuersa: ut quæ mala dicuntur, iniustis quidem bona sint, iustis uero mala: & contra quæ bona dicuntur, bonis qui uere sunt boni, bona: malis autem mala. Quæ quidem ille sua lingua in hunc modum ἐγὼ μὲν ξαφ λέ

γω σαφῶς, τὰ μὲν κακὰ λεγόμενα, ἀγαθὰ τοῖς ἀδίκοις ἐστι, τοῖς δὲ δικαίοις κακά: τὰ δ' ἀγαθα, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ὄντως ἀγαθὰ, τοῖς δὲ κακοῖς κακὰ. Iniuſtis itaq; cum moriuntur, minus omnino malum q̃ ſi perſeuerarent in uita ſceleſta. Iuſtis uero ſi per calamitates uexati fuerint, copioſior in cœlo eſt futura merces bene actæ uitæ, dũ propter iuſtitiam fuerint perſecutionem perpeſſi: Talibus enim ſeruatoris Chriſti uoce, cœleſte regnum repromiſſum eſt. q̃ ſi omnino iuſti non cenſeantur, Sed admiſiſſe plus minus terrena contagia, mundiores tamen euadunt, atq; extrinſecus quidem nitidiores, quaſi per enſes abacto cæno, & puluere a ueſtibus per uaria flagella diſcuſſo, perq; gladiorum ictus puſtulis adapertis. intus uero corruptis humoribus diuturna fame, penitus expurgati, ut puri prorſus & alacres ad cœleſtem patriam, in qua nihil coinquinatum recipitur, ſimul ac corporis cuſtodia liberati fuerint, ſine mora conſcendant. Qđ ſi calamitatibus preſſi nõ fuiſſent, tamen eos ſubterraneis in locis admiſſi contagii maculas expurgare oportuiſſet maioribus pœnis. Nam leuiores illæ fierent, ſi tollerarentur ab iis qui corporeis uinclis nondum eſſent exſoluti. Ipſa enim patientia erratorumq; cognitio, pœnam & mitigat & efficit breuiorem. Hinc certe hic cauſas calamitatum exordiri, & honeſtius fuit, & ſalubrius, & uerius, q̃ aut a cœlo aut a fortuna, aut a temerario caſu. poſſumus enim fide ipſa, & ſacris litteris cũ plura tũ lõge maiora cognoſſe de cauſis calamitatũ q̃

ab aſtrologis uaticinantibus etiam ſi uerà eſſent de creta aſtrologorũ:quæ falſa eſſe multifariã oſtendi/mus.poſſumus & caſum temeritatemq; fortunæ reii cere facilius pceptis fidelibus & chriſtiana diſciplina q̃ ullis preceptis philoſophorum,qui ueritatis luce caruerũt.Sed de pria & ſuprema cauſa hactenus,nũc ad reliquas recenſendas noſtra ſe conuertat oratio.

❡ Qđ ſcelera habẽda ſunt inter cauſas calamitatũ. Itemq; de aſſignatione cauſarum multiplici tam in ariſtotelica q̃ platonica familia. caput octauum.

Am ſatis apertum eſt,cauſas calamitatum
i nec per cœlum,nec per inane fortunæ quæ
rendas eſſe,ſed ſuper cœlum,hoc eſt i diui na prouidentia , qđ et admiſerũt etiam ſæpenume ro gentes . Cum autẽ relicto idolorũ cultu,uere pie tatis ſectatores affligerentur,falſorum deorum iræ ferebant acceptas clades,quibus premebantur:ad/uerſũ quos (ut diximus inter initia libri huius) no/ſter Auguſtinus egregie diſputauit . Nũc an ſub cœ lo hoc eſt in homine ipſo,ueſtigandæ ſint cauſæ ca/lamitatũ,et quo pacto ueſtigãdæ,diſpiciamꝰ: Quas enim inuenimus cauſas ſupra cœlum,eæ uel efficien tes haberi poſſunt,uel exemplares,uel finis nomine donatæ,nam quatenus mentes hominũ bella gerẽ/tiũ,ad inferenda excidia concitantur:quatenus aer fætus coruptis uaporibus parit peſtilentiam:quate nus per nimiam uel ſiccitatẽ uel humiditatẽ ãnonæ caritate laboramus , ad ſeperatas mentes motrices rerum omnium corporearum,& dei ſemper nutui famulãtes,ıd cum rettulerimus,ſuperiores efficiẽtes

Auguſtinus.

causas non desideramus.cum eas ipsas itidem contē plamur mentes, in deo ipso tanq̄ in speculo quodā maxime intellectili,rerum omnium futurarum agē darūq; notas addiscere,et quo modo sua sibi præscri bantur munia cognoscere, exemplaris causæ, cuius fere semper platonici memores,considerationem nō omisimus.Enim uero cum propter finem agere cau sas intellectu præditas docuimus,& calamitates in-ferri,ut nocentes iusti fiant,& probi meliores:proxi mus se se subito finis insinuat,idest forma per effici entem siue transmutantem causam introducenda. deinde finis proprius & remotus,nam forma illa .i. uirtus uitiorū expultrix, p̄ducit ad finē u3 fœlicita tis,omnib9 expetitæ mortalibus.unde & huic quoq; satisfecisse causæ uideri possum9.Sed formalis adhuc causa,uti melius discutiatur,optarit fortasse q̄spiā, & materialem quoq; peripaterici causam exquirēt, platonici amplius organicam siue instrumētariam deposcent.Age iā & de iis quoq; differamus,ut unus q̄sq; suo loco suam possit aptare. Enim uero si dixe rimus p̄p scelera calamitatibus homines premi:quo nam in genere causæ scelera habēda sint,ambigere quispiam non immerito posset.si quidē non finis ut sunt illa ipsa scelera,sed ut tollātur ne obsint fini cō parando:nec formæ etiam nomine donari posse illa satis apparuerit,si iure scelus deformitas potiusq̄ forma censetur. Sed enim cum ipsa animo promun tur scelera,& experiētiæ & diuinæ uocis testimonio, quo discimus malas ex corde cogitationes exire, formæ nomen neutiq̄ uidētur excludere:q̄q̄ forma

Causę efficiētes.

Causę exemplares.

Cā formalis.

Causa finalis

De cā materiali et istrumentaria.

Quo nam in genere causę scelera sit habenda.

les causæ calamitatum non dicuntur:formæ tamen habentur:sunt enim prius in animo q̃ in opere scelera,quorum notis iformatus animus, similem quo ad fieri potest,foris effectũ parit.& cum quid impiũ, flagitiosum, turpe,scelestum foras exprimitur, scelesti hominis animũ tanq̃ eius parẽtẽ agnosce.quare cogitata prius sunt,q̃ effecta scelera, et ab idæa siue forma male affectæ & uitiis inquinatæ animæ, praui operis deformitas prodit . Has uitiorum nostri seculi deformitates,flagella diuinitus immissa discuciunt, clades auferunt & uastitates,ut in hominum mentibus,formæ uirtutum exoriãtur.variæ porro habẽt calamitatum spẽs,quibus ipsæ uitiorum formæ ,seu uerius deformitates,extrudũtur. Aliam enim pestilentia speciem,formam ue gerit,de spatio aeris uitiato conflatam,deq; contagio pestilẽtum hominũ, ex colluuione multarum nationum ad inferenda bella proficiscentiũ.Alia specie cõstat bellũ,& ab iis omnibus diuersa fames, quã lõga ieiunia peperere,cũ abacta sunt bello iumẽta, quibus agri colebantur, cũ ruptis aggeribus inundantes fluuii segetes uniuersas populati sunt,cum aeris itemperies negauit annonæ prouentum . hæ sane inter calamitatum formas numerantur.q̃q̃ etiam materia illarum haberi possunt. neq; enim obstiterit,ut diuerso respectu relatæ,diuersæ quoq; haberi queant,in his maxime rebus in quibus propria materia & propria forma nõ spectatur,sed proportione quadam,Qua utitur Aristoteles cum res ꝑpria desit de qua loquitur,& maxime in opere de animalibus,ubi cum aliquid pro

Aristoteles.

prium deest, id quod est ei proportionale requirit: quocunq; autem modo summãtur scelera, & quocunq; in genere causæ reponantur, ea Deus bellorum, pestilentiæ, famis, & uario præterea remediorum agmine, tanq̃ multiplici medicinæ genere disiicit: sic & in causa sunt morbi & ulcera, ut medicus exhibeat pharmaca, urat etiam seceteq; membra morbida, ut reliquis membris sanitas inferatur, si totum corpus medelle capax non fuerit.

¶ Probatur exemplis q̃ scelera causæ sunt calamitatũ. Caput Nonum.

IBeat autem hoc probare exemplis, anteq̃ alias ad causas descendamus. Quis est qui nesciat deformi & male affecto muliebri libidine priori sæculo, cataclysmi fluctus medicinæ uice profuisse? Submersis his qui uitio illo deformati fuerant: & Noe quem græci authore Iosepo uocant Nochum, cum familia seruato, ad instar seminis, quo posteritas subinde propagaretur, & integrum redderetur corpus, cuius partes ob multitudinem purulentorum ulcerum fuerant antea dissecatæ. Sic & pessimum scelus masculæ libidinis, quasi ulcus inueteratum, idemq; pernitiosissimum, igne deletum est: iis tantum exceptis, qui eo polluti non fuerant. Sic de superba in struenda turre gigantum arrogantia, & cæcitate mentis & labiorum confusione uindicatum est. Et ne singula persequar: Si historiam mosis ministerio traditã inspexerimus, ad expianda mala facinora immissas calamitates &

clades aduertẽmus: nec solũ apud tũc fidelẽ hebræo
rum populũ, sed apud gentes id obseruatum, ex sa-
cra ipsa historia didicimus. promisit Deus Abrææ
se daturum terrã ĩ qua ammorei & cæteri uicini po
puli degebant: qui uano ritu pluribus idolis tãq̃ di
is faciebant sacra, daturũ ĩq̃ non actutum, sed post
multas generationes. An forte martis & saturni con
gressus expectabatur? eandem consule historiam,
nundum inquit impletæ sunt iniquitates ammore-
orum usq; in præsens tempus. iniquitates igitur
erãt in causa, ut gentes idololatræ e terra illa israeli
tico gladio delerentur. quæ cum fuerunt impletæ,
hoc est ad eã scelerum mẽsuram ubi deuentum fuit,
ultra quã iusticia eas ãplius diuina nõ ferret: Iosue
Dux eius populi tãta eas aflixit clade, ut & cedes &
uastitas undequaq; diuagaretur. Nec solum hoc in
mosis & iosue libris, sed in prophetis pene omnibus
licet intueri, cum uel populo hebræo minarẽtur ca
ptiuitates & excidia, cum unius dei cultum, aut re
liquissent, aut polluissent: uel cum aliis se se iniquita
tibus dedidissent: Nam obaudientibus uoci prophe
tarum, uel populis uel regibus, alienigenarum exer
citus insultabant, & urbes eorum, intus fames, extra
premebat obsidio, captiuitas exulare ad usq; assy-
rios & eis seruire cogebat. Gẽtibus etiam minaban
tur prophetæ, & minas diuinæ iusticiæ gladius, scele
rum ultor sequebatur. Sic babyloniis esaias prænun
tiauit cladem, qua eos postea cyrus afflixit. Et ne sin
gulatim percenseam cætera, ĩ nouo testamento pos
sumus id ipsũ cõtẽplari, & a p̃dicatione apostolorũ

et hierosolymorum excidio, ob scelus infidi in chri/
stū generis iudeorum, diuinitus immisso, & ante prae
nuntiato mox absoluto, ad nostra tempora si decur
sus fiat, & gothorum, uandalorum, herulorum, in/
cursiones, praelia, uastitates, famem deinde & pestilē
tiam saepenumero subortam, si fuerimus inde com/
templati: & cum sceleribus uel regum uel populorū
illa contulerimus, uerius omnino ipsarū causas ca/
lamitatū in sceleribus inueniemus, q̃ in coelo fabu/
latores astrologi pq̃siuerit. Si nostros quoq; theolo
gos, si ecclesiae canones, si christianorū imperatorū
leges aliquas adeam9, magna nobis suppetet copia
sententiarum, quibus discamus, calamitatibus & cla
dibus, populorum scelera expiari consueuisse. Ac sa
ne nostra tēpora si inaequilibrio posuerimus, nō mi
nus prioribus đformata sumus cōperturi, nec mino
ris expiatiōis idiga, siue numerū siue magnitudinē
scelerū ppenderimus. Dei contemptum, nunq̃ ullis i
historiis legi insigniorem a gentibus habitum, pro
phana eorū & blasphema uoce, ut audiui nostra hac
tempestate, adeo ut aures reformidarint haurire, &
animus nunc horreat meminisse, ne dum manus scri
bere cōtremiscat. Capaneus ille apud poetas decan
tatur, postq̃ ictus est fulmine, uoce. blasphema ful/
men meruisse secundum: sed si componatur aliqui/
bus quos noui, pius extimabitur, & capaneus, & me
zentius, & si qui alii similes: Contemptores quidem
ipsi superum insignes fuisse perhibentur, sed tanq̃
diis suis qui dii non erāt, aliqua uexatione subirati:
Nostri temporis homines pleriq; nec uexati nec

De sceleribus nostrorū temporū.

lacessiti, sed in delitiis plane sepulti, uerum deum qui creauit, q redemit, q inumeris prosequit̃ beneficiis, nō cōtēpserūt mō, sed operā dederūt ualde exq̄sitā ut alii pariter cōtēnerēt. qs hoc i litterarū monumē tis tradidit posteritati? sed nec solū operā dederūt, sed tā accuratā, ut præmiis ēt prouocarint, uti nouū maledicēdi genus inueniretur. Vbi nam simile unq̄ exemplum malitiæ tam conclamatæ dabitur inueni- ri? ne ap̄ inferos quidem inter malos demones. Ta ceo libidinem utriusq; ueneris & incestæ & nepha- riæ prorsus inauditam: taceo sceleratam habendi cupiditatem, ut etiam apud multos quasi sub has- ta ueneant sacra (libenter quidem fallerer) co- piosius fortasse, & minori cum rubore q̄ unq̄ ali as. Taceo cætera minuta: neq; enim particulatim

Tacita respō sio.

isthæc explicanda sunt. Dicet fortasse quispiam, non negauerim ad scelerum culmen multos peruenisse; at bona pars hominum honeste degit, qui nihilomi nus his ipsis affliguntur calamitatibus, quas qui infligunt, ut de bellis fiat sermo, non cogitant de peccatis corrigendis, sed uel de reponenda iniu- ria, uel de repetendis quæ sibi iure deberi existi- mant, uel de ditione augenda, aut eiusmodi cæ- teris, quibus consueuerunt uel inferri bella, uel re-

Confutatio multiplex.

ferri. Sed utinam non pauciores essent q̄ existi- mo uiri boni, & in hac quoq; opinione me labi & decipi magnope cuperē. At sint plures ēt boni, quā tū eos tamē iuuet calamitas supra iā dixi, cū de ꝓui dentia dei mētio fieret. neq;.n. oportet, ut semp q ca lamitates inferunt homines, de uitiis auferendis uel

cogitent uel meminerint, uel etiam curent: dixi homines ut angelos excluderē, quos sepæ cōstat adhibitos a Deo in scelerū uindictā & ultionē, ut in sodomorum incendio, & i assyriorum cede, dum rex iudeus obsideretur. neq;.n.cogitabat Cyrus babyloniorum praua facinora, quæ in deū cōmiserant ulcisci, ut de eo etiam propheta præcinuit. nihilo tamen secius ultus est: dum alium sibi finem ea in re præstituisset, q̄ si se eorum uidicem & ultorem nouisset cōstitū. Tanta.n.est dei sapientia, ut cogitatus & facta hominū, æternæ prouidētiæ famulari se p̄rsus ignorantium, ita illi implendæ cōducat, ut non minus ea in re deseruiāt, q̄ si ex proposito, dataq; opa, id ipsū & prænouissent antea, & perficere cogitassent. & de iis hactenus. Quam mirabilis dei sapientia.

¶ Qđ regum discordia populorum qui affligūtur imbellia, & præliandi inertia, & alia quoq; plura inter cās calamitatū numerari queāt. Caput decimū.

Estat ut de organica, siue instrumentaria causa disseramus, a platonicis nō iniuria tali appellatiōe notata, quatenus omnis naturalis causa, ad exemplarem diuinæq; artis causam relata, instrumentum potiusq̄ causa etiam si agat, iure meritoq; habetur: ea uero diuerse diuersis cōposita collataq;, modo inter agentes, modo inter materiales, posset a peripateticis numerari. Non deerit autem perquirentibus nobis, facultas inueniendi unam aut alteram eiusmodi: Sed plures ēt q̄ sit necesse offerent se sub oculis. Nam si spectare licet peritū artificem, dum aliqua in materia De causa organica.

nouam indere formam excogitat,expulsa abolitaq́ priori,uariis uti plurimum instrumentis,modo nō desint, quæ illi cōmoda sunt ad opus absoluendum: putabimus ne supremo omniū opifici, plura sem-per non superesse,& magna quidem copia,cū moli-ri quicq̄ mādauit ministerio causarum inferiorum? An scriptum est cor regis in manu dei, & quocunq́ uoluerit illud uerti? non ne reges diuinæ esse iusti-ciæ uindices ueteris testamēti decursu clarissime pa tefactum est? Cum apud Esaiam Cyrus anteq̄ nasce retur,ad inferēdas babyloniis calamitates eligitur: eiusq́ manus appræhensa,anteq̄ i utero matris esset afformata,prædicitur.ut gentes uidelicet subiciat,& dorsam regum uertat? nōne in uisu Danieli ostendi tur & Alexandri prolatandum ad indos imperium, & romanorum futura in contundendis nationibus ferrea potētia? Cū.n. per prona scelerū delapsos po pulos & reges,tādiu tollerauit deus,q̄ diu sapientiæ suæ satis esse uideatur,admouet flagella:quib9 pro magnitudine scelerū, pro suæ prouidentiæ ineffabi li ordīe,uel eos corrigat,uel cōminuat.Excitat itaq́ reges,mō bonos,mō malos pro suæ iusticiæ ꝑ suæ mi sericordiæ īscrutabili qdē,sed recto semp,mirabiliq́ iudicio.bonos enim uel ratione boni & æqui ad uen dicandum quæ iniuste detineantur, ad liberandum oppressos a uiolēta tyrannide,aut alio fine honesto, armat in prauos.Malis uero regibus,qui suapte na tura feroces bellacesq́ sunt,ducunturq́ uel iracun dia uel augendæ ditionis siti,maloq́ proposito fine bellis incumbunt,bene ipse deus utitur,ad eos affli

gendos & conterendos, qui alia de causa ipsis pœnis iure meritoq; succumbũt. Quoscũq; tamen elegerit uindices & ultores, arma illis & exercitus uictores sæpenumero longe ante præparat, q̃ ipsi inferre bel la cogitarint. Sic Alexandro persas & indos, cum in gẽti potẽtia, tũ imẽsis opibus supbiẽtes, domituro, fortissimũ ante collegit exercitũ, eũdẽq; sub philip po patre p uigiti qnq; ãnos multis bellis exercitatũ, crebrisq; uictoriis exultãtẽ, & ad opima psidis anhel lantem spolia, & libentissime reponentem iniurias quas greciæ illa ipsa persis, terra mariq; prior intu lerat. Sed enim ut hæc instrumenta sunt comparan dæ uictoriæ propria: ita uictis suæ adsunt instrumẽ tariæ causæ ut præda fiant, muliebria studia, desidia, luxus, sedentaria quies, molle ocium, ignauia. Iam. n. in perside, masculum illud sub Cyro robur exoleue rat, & ad effeminatos defecerat mores. præda ingẽs hostilesq; manubiæ, luxũ & a bellicis muneribus ua cationem illis persuaserant: Idq; ex prælio in cilicia & ad arbellam cum macedonibus cõmisso facile de claratum est. Multi quoq; in Asia reges, qui numero sissimis militibus cum parua romanorum manũ cõ flixere, dedere intelligi, a paucis potiusq̃ ab imenso numero stare uictoriam, si peritia bellandi & animi fortitudo illis nõ desit, his uero adsit ibellia & igna uia. qd cũ aliis ex historiis, tũ maxime ex ea qua ti granis pugna cum lucullo describitur, plane rescitũ est. Enim uero existimandũ non est, opus esse deo hu iuscemodi instrumentis, ita ut hoc tenore seruato semper sit ultus scelera, aut per maiores exercitus

Cur Alexan der uictor p sarum et in dorum.

Pugna lucul li cũ tigrane.

aut per pauciores quidē, sed ualentiores, & militari disciplina melius eruditos. Quādo q̄dē plus inest roboris delecto diuinitus exercitui, ad expiatiōem scelerū, quatenus instrumentū est diuinæ prouidentiæ diuinæq; iustitiæ, ēt si oī militaris peritiæ adiumēto destitutū fuerit, q̄ si alioqui numerosissime acies, oī robore, oī disciplina, oī rerū agendarum fœlicitate per se se pollentes cōfligerent, non tamē superne ad illa ipsa exequenda munera, destinatæ. Qua de re factū, quo minus homines huius rei ignoratione tenerentur, ut sæpenumero igentem multitudinem parua & abiecta manus fuderit, fugauerit, interfecerit. Celebrata illa gedeonis uictoria in promptu est, & pedissequis principū pulsati assyrii. & ad sūmā cum unus mille & duo decem millia persequebātur, ut ēt gentes dignoscerent, sūmū rerū opificem nō frustra deū exercituū appellari. Cæterū post publicatiōem euangelii datum est agnoscere, nō posse resisti principibus illis, qui ad uendicandas hominum iniurias in deum, ad reformandos mores, diuinitus armati & incitati sunt. Primus constantinus in exemplo est. & senior Theodosius, & Iustinianus, & alii nō pauci. Dicerem de exercitibus nostræ tempestatis multa particulatim, ūti in eis quæ rettulimus oia inuenta fuisse patefacerem, sed nolo & odiū in me frustra cōcitare eorum, quibus parū fœliciter res gestæ sunt, & in iis excire arrogantiā, quibus cū, ī præliis præclarius est actū. Verumtamen ne libri ordinē deserā & promissi fides exigi a me queat, pauca perstrigā. Scelera nostri temporis magis q̄ hostiles exercitus nostri tē

[Margin notes:]
...exercitibus ...pe maximū ...esse robur ...uatenus in ...rumēta sūt ...uinae iusti...ae.

...ictoriae di... ...ino nutu.

...ōstātini uic...ria et Theo...osii.

poris homines afflixerunt:immissi enim sunt exercitus (uti diximus) uidices diuinæ iustitiæ:quib9 exercitibus et nō defuerunt & suæ uincendi causæ, & uictis suæ quoq; causæ ut uincerētur,quas etiam sub signasse non inutile fortasse fuerit.In peditatu macedones uiguere, deide romani,ïis ordo mirifice seruabatur, quod & illorum instructæ phalanges, & horum dispositæ legiones patefaciunt. apud italos nullus nunc ordo in peditatu:discunt.n.ab Heluetiis atq; germanis,qui quotiens nostris temporibus cum italis magna manu conflixere,toties fuere uictores. Testis Tamarus & abdua,testis Rhauenna.Heluetiis peditibus galliæ reges fere semper usi. ad Rhauennam germanis.Heluetiis abusq; Cæsaris tempestate bellandi peritia non defuit:apud quem phalanx adducitur heluetiorum,& exercitus romanorum ab ipsis pulsus,& sub iugum missus,& Lucius cassius cōsul occisus memoratur:Nec desidiæ aut luxui se se dediderunt post cæsaris tēpora,sed fræti militari disciplina & magna inter se cōcordia,opes sūt & gloriā cōsecuti.Cur ii non idonea fuere instrumēta i italis sæpenumero affligendis:quibus & peritia bellandi,& ritus seruandi ordinis amissi sunt,ut prætereā q; inter se sunt discordes,& perpetuis factionibus æstuantes.q; si tantum antiquæ uirtuti studuissent itali pedites & romani nominis dignitati, q̄tū luxui,libidinibus,atq; rapinis,aut frustra,aut in suā pnitiē, hostiles exercitus fauces alpiū ptentassent, qd attiet ad humanū robur,bellādiq; pitiā. Ad hæc gallorū eqtatus,& potēs uiribus ē,& si qd eqstri in

prælio tractũ hoc eũrópe ullũs adhuc ordo ſeruat, ei9 maxime ẽ particeps:exercitat9 prætcrea ſupiori ætate ĩ britãnicis & belgicis præliis,quo maxime tẽ pore deſloreſcere in Italia cæpit eq̃ſtris gloria,quæ ſub brachio peruſino & Franciſco sforria uiguerat: Additæ ſũt magnæ & magna copia machinæ, primũ a gallis ĩ Italiã bigis uectæ,tãtaq; arte & dexteritate uerſatæ indiruendis paruo tẽporis ſpatio mænibus: ac diſiiciẽdis & eqtũ & peditũ ordinibus,ut q nõ ui/ derit referẽti difficulter aſſẽtiaẽ.porro uictoria p̃dã parit,præda uictis affert inopiã,inopia famẽ ,fames

Gonclusio diu tolerata et tabẽ & peſtilẽtiã.Melioribus igit exer citibus diuinæ p̃uidẽtiæ famulãtib9, meliori ordini, meliori pitia & diſciplia bellãdi fratis,debet iure uic tória:q̃ uictis(ut diximus)uariæ calamitates ĩferũt. ergo poſt diuinã p̃uidẽtiã,in uirtutẽ uictorũ ,in im belliã,ignauiã,d̃ſidiã,& cætera eorũ q uicti ſũt uitia, referamus calamitates,nõ infortunã:quæ & ſi dicta

Interp̃tatio cæsariani dicti. eſt a Cæſare ĩ bellis plurimũ dominari, eo id allatũ ĩ terp̃tari uelim,qm̃ militaris diſciplina ars ẽ, & ĩ arte

Ariſtoteles. plurimũ fortuna uerſat,ſi recte cẽſuit Ariſtoteles in ſeptimo de morib9 ad eudemũ:hoc eſt, multa fiunt præter ĩtẽtionẽ ducis & militũ,multæq; ſe ſe offerũt occaſiões quæ nõ fuerãt ante cogitatæ.Verũ.n.uero cũ periti & fortes, cũ ĩperitis & ĩbellibus cõferũt ma nus,& piti præter militarẽ uirtutẽ,uindices ẽt ſũt & ultores diuinæ iuſticiæ:ſi ab iis ſtat uictoria,ea nõ for tunæ,nõ cœlo,ſed fortitudini & aĩ & cõporis,qđ ſub cælo eſt,& diuinæ demũ p̃uidẽtiæ,qua & quæ ſup cœ lo ſũt, & quæ ſub cœlo,& quæ ĩ cœlo regunt, optimo

iure ferri accepta debet.atq; eodē ex fūdamentò,re/
ferre i puidētiā debemus,& famē & pestilētiā,& cala
mitates cæteras,quæ uel ex bellis pdeūt,uel ex aeris
ītēpie,uel ex aquarū eluuione: nec solū calamitates
qbus nūc premimur, sed qbus ēt in futurū pmetur
genus humanū,atq; ut eqdem existimo, maxime ēt
uereor,acri9 . Causæ siqdē adhuc uigēt.i.scelera qb9
amouendis,& bella & cæteræ calamitates illatæ sūt.
Quare iure meritoq; existimare oēs queūt,i nostra
potestate magna ex parte repositū,& arbitrio cōces
sū esse,ut & pacē & sanitatē,& uberes agrorū puen
tus,& cætera quæ optamus, depulsis calamitatibus
oibus consequamur.

FINIS.

¶ Hūc librū Io.Frācisci Pici Mirādulæ domini,& Cō
cordiæ comitis, De ueris calamitatū causis no
strorū tēporū:exscripsit stāneis characte/
rib9 i oppido Mirādulæ,Ioānes Ma/
zochius būdenius diligētissime:
nō solū uolēte authore, nec so
lū subscribētib9 iis ad quos
ptinet probatio īprimen
dorū librorū,Sed Sum
mo etiam laudante
pontifice.
Anno a Virginis partu
.M.D.XIX. V. Idus
Augusti.



❡Q m̃ nõ tam lyncei eſſe queunt oculi ut aliquía mi/
nuta eos nõ effugiãt, aiaduertim9 aliquãdo omiſſas
eſſe diphthongos, aliquãdo ſupfluo additas, Pũctos
quoq; ad interſtinguendã lectionẽ nõ ſemp rite lo/
catos, interdũ ẽt uocalẽ in uocalẽ ex uicinia mutatã,
& aliquoties litterã, ẽt geminatam omiſſam eſſe, & ſi
qua ſimilia: quæ cum parui per ſe momenti ſint, tum
eiuſmodi notæ, ut quiuis uel mediocriter eruditus &
agnoſcere, & emendare facillime queat, propterea
ſubſignanda non duximus.

MC